



Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

Catalogvs Testimoniorvm Cvm Scriptvræ, Tvm purioris antiquitatis,
Ostendentivm, Qvid Vtraqve Non Modo De Persona, Deqve Divina
Maiestate humanæ naturæ Domini nostri Jesu Christi, euectæ ad
dexteram ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

CATALOGVS
TESTIMONIORVM
CVM SCRIPTVRÆ, TVM
purioris antiqui-
tatis,

OSTENDENTIVM,
QVID VTRAQVE NON MO-
DO DE PERSONA, DE QVE DIVINA
Maiestate humanæ naturæ Domini nostri Ie-
su Christi, euectæ ad dexteram omnipoten-
tiæ Dei, tradiderit, sed etiam quibus
loquendi formulis
vsa sit.



Ggg

AD

*G. Catalogus hic non ab omni formulæ contraria sufficiunt, sed tantum à libro theologiæ
Commissario Sc. compagin. Nata. Helmstadti mense May. ap. Interim p. appr. 1599.*

AD CHRISTIANVM
LECTOREM.

Vm Librum Concordiae,
præsertim articulum de persona Christi, hac calumnia deformare non vere-
antur nonnulli, quod à phrasibus &
modis loquendi veteri ac puriori Ecclesiæ atq; Patri-
bis orthodoxis receptis & approbatis recedendo, no-
vas, peregrinas, proprio arbitrio excogitatas, inusita-
tas & inauditas loquendi formulas in Ecclesiam in-
uebat, testimonia vero antiquissime Ecclesiæ & Pa-
trum, ad quæ in hoc ipso libro prouocatur, eidem in-
seri, nimis longè futurum sit, quæ postea illustrissimus
aliquot Electoribus & Principibus exhibita sunt sin-
gulari diligentia excerpta & consignata.

Ideo recte & solidas informandi Christiani lecto-
 ris causa, mediocris eorum cumulus certis capitibus
 distinctus, ad calcem libri adiectus est, vnde illi cognoscere facile erit, in modo nominato libro neq; quod
 ad res, neq; quod ad phrases, attinet, id est neq; in do-
 ctrina, neq; in sermonis genere quicquam innova-
 tum, sed cum sacra scriptura, tum veteru atq; purio-
 ris Ecclesiæ de hoc mysterio tam doctrinam, quam
 loquendi formam retentam atq;
 usurpatam esse.

SIC

I.

SI C P R I M O , quòd liber Concor-
diæ in articulo de vnitate personæ
& discriminine duarum naturarum in
Christo, eaturq; essentialib. proprietatibus,
veteris ac purioris Ecclesiæ, Patrum eiusdem
& Conciliorum doctrinâ & sermonem imi-
tetur, afferendo nimirùm, nō duas personas
Christi sed vna Christum, & hanc personâ
in duabus distinctis naturis subsistentem, di-
oīna scilicet & humana, nō diuulsis neq; con-
fusis, aut vna in alteram cōuersa, sed ita ut v-
træq; natura substantiales proprietates suas
reuniat, neq; in omnem æternitatem easdē
deponat, & vnius naturæ proprietates essen-
tiales, quæ toti personæ rectè & verè asscri-
buntur, nunquam fiant alterius naturæ idio-
mata, id ostendunt sequentia veterum pu-
riorum Conciliorum testimonia.

In Ephesino concilio, Canon. 4. Si quis *Tomi Con-*
voce scripturæ de Christo in duab. personis *cil. 1. pag.*
vel subsistentijs diuidit, & aliquas quidem *606.*
velut homini, qui præter D E I V E R B U M spe-
cialiter intelligatur, aptauerit, aliquas verò
tanquam dignas D E O , soli D E I patris Ver-
bo deputauerit, anathema sit.

Canone 5. Si quis audeat dicere: hominé
CHRISTVM theophoron, ac non potius D E-
V M esse, tanquam filium per naturam vera-
citer dixerit, secundùm quod verbum caro

Ggg 2 factum

factum est, & communicârit similiter, ut nos, carni & sanguini, anathema sit.

Canone 6. Si quis non confitetur: eundem CHRISTVM DEVM simul & hominem, propterea quod Verbum caro factum est, secundum scripturas, anathema sit.

Canone 12. Si quis non confitetur, DEI verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod Vita & Viuificator est, ut Deus, anathema sit.

Et decretum Chalcedonensis Concilij citoante Euagrio lib 2. cap. 4. sic habet: Επόμενοι τοίνυν τοῖς ἀγίοις πατέρσιν, ἐνακῇ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν ύπὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χεισόν, καὶ ὁμοφώνας ἀπαντεῖς ὄχιδεστκομεν, τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν αὐθωπότητι. Σεὸν ἀληθῶς καὶ αὐθωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν ἐν ψυχῆς λογικῆς καὶ συματιθέσιον, ὁμοέσιον τῷ πατεῖ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοέσιον ἡμῖν κατὰ τὴν αὐθωπότητα, καὶ τὰ ὅμοια ἡμῖν χωρίς ἀμαρτίας, τοφεὶς αἰώνων μὲν ἐκ των πατέρων γρυνθέντα καὶ τὴν θεότητα, ἐργάτων δὲ τῶν ἡμετέρων τὸν αὐτὸν δὲ ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέρην σωτηρίαν ἐν μαριατῆς παρθένες καὶ θεολόκη, καὶ τὴν αὐθωπότητα, ἐνακῇ αὐτὸν Ἰησοῦν Χεισόν ύπὸν, κύριον μονογενῆ, εἰδόνος φύσειν εἰσυγχύτως, ἀπρέπης, αἱδιαιρέτας, αἱχαρίστας γνωριζόμενον, ἀδεμῆ τῆς τῶν φύσεων διαφορῆς αὐτηρημένης διὰ τὴν ἐνωσιν, σωζόμενης δὲ μᾶλλον τῆς ἴδιοτητος ἐκπατέρεας φύσεως, καὶ εἰς ἐν πρώτων καὶ μίαν ὑπόσυντιν συντρεχόντας, ἀχαϊός εἰς εἴδοντα

μετα-

μειζούμενον ἢ μισαρέμενον, ἀλλ' ἔντα καὶ τὸν αὐτὸν Κὸν μο-
νηγῆ θεὸν λόγον, καὶ κύρεον Ιησοῦν Χειρὸν, καθάπερ αὐτο-
τῷ οἱ πεφρῆται, καὶ αὐτὸς περὶ ἀυτῷ ὁ Χειρὸς ἐξεπάι-
λεται, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῖν παραδέδωκε σύμβολον.

Sequentes igitur sanctos Patres,

Confitemur vnum & eundem filium Do- Tom. 1.
Consil.
pag. 154.
minum nostrum I E S V M C H R I S T V M , &
una voce omnes deprædicamus , eundem
perfectum in Diuinitate , & perfectum eun-
dem in humanitate , verè Deum , & verè ho-
minem , eundem ex anima rationali & cor-
pore , consubstantialem Patri secundūm di-
uinitatē , & consubstantialem nobis secun-
dūm humanitatē , per omnia nobis simi-
lēm absque peccato , ante secula quidem ex
Patre genitum secundūm diuinitatē , In ex-
tremis autem diebus ipsum eundē propter
nos & propter nostram salutem ex Maria vir-
gine Dei genitrice secundūm humanitatē ,
genitum , vnum & eundem I E S V M C H R I-
S T V M filium & Dominum vnigenitum , in
duabus naturis inconfusē , inconuertibiliter ,
indivisiē , insegregabiliter cognitum , nequa-
quam differentia naturarum sublata propter
unionē , sed seruata potius proprietate utri-
usque naturæ , & utraque in vnam personam
concurrente , non velut in duas personas

G g g 2 disper-

dispertitum aut diuisum, sed vnum & eundem filium unigenitum Deum, Verbum & Dominum IESVM CHRISTVM, quemadmodum olim Prophetae & de seipso Christus ipse nos docuit, & Patrum nobis tradidit Symbolum.

*Ad Flauianum cap. 3.
fol. 92.*

*Abtractio
pro concre-
to.*

*Cap. 4. fol.
93.*

Ita etiam decima Epistola Leonis Synodica loquitur: Salua proprietate vtriusque naturae, & in vnam coeunte personam, susceppta est à Majestate humilitas, à virtute infirmitas, ab aeternitate mortalitas, & ad resoluendum conditionis nostrae debitum natura inuiolabilis naturae est vnta passibili, vt unus & idem mediator noster & mori posset ex uno, & mori non posset ex altero.

Item: Qui verus est Deus, idem verus est homo, dum inuicem sunt & humilitas hominis & altitudo Deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate, agit enim utraque formam cum alterius communione, quod proprium est, verbo scilicet operante, quod verbi est, & carne exequente, quod carnis est. Num horum coruscat miraculis, alterum succumbit iniurijs. Deus est per id, quod in principio erat Verbum, & Deus erat Verbum, per quod omnia facta sunt. Homo per id, quod Verbum caro factum est, quodque factus est ex muliere. Item, propter hanc unitatem personae in utraque natura intelligentiam

dam, & filius hominis legitur descendisse de ccelo, cum filius Dei ex Maria virgine carnem assumserit.

Et rursus: Filius Dei crucifixus dicitur &
sepultus, cum haec non in ipsa diuinitate,
qua consubstantialis est Patri, sed in natura
humanae sit infirmitate perpessus, &c.

Hucusque verba utriusque Concilij Ephesi-
ni & Chalcedonensis, quibus cum reliqui
sancti Patres omnes consentiunt,

Et hoc ipsum hactenus eruditii in scholis
nostris, verbis abstracti & concreti indicare
& declarare voluerunt, ad quæ hic liber et-
iam paucis verbis respexit, quæ verba, quem-
admodum haec omnia optimè norunt era-
diti, in vero & genuino sensu, necessariò in
scholis retincentur oportet.

Concreta enim eiusmodi vocabula sunt,
quæ integrum CHRISTI personam desi-
gnat, ut Deus, homo. Abstracta verò sunt no-
mina, quibus naturæ in persona CHRISTI
exprimuntur, ut diuinitas, humanitas.

Secundum quam distinctionem recte di-
citur in Concreto, Deus est homo, homo
est Deus. Contrà perperā dicitur in abstra-
cto, diuinitas est humanitas, humanitas est
diuinitas.

Eadem est ratio essentialium idiomatū, ita
ut unius naturæ idiomata de altera natura in
abstracto quasi alteri naturæ idiomata sint,

Cap. 5. fol.

93.

*In lib. Con-
cordia.*

prædicari nequeant. Quamobrem falsæ & erroneæ locutiones fuerint, si quis dixerit: Humana natura est omnipotens, est ab æterno, sicut neque ipsa idiomata de se mutuò prædicari possunt, vt si quis dicere vellet: mortalitas est immortalitas & contraria, propterea quod his loquendi formulæ discrimin naturarum & proprietatum tollatur, cædem confundantur, vna in alteram conuertatur, atque ita earum fiat exæquatio.

Cùm autem non tantum scire & firmiter credere oporteat, assumtam humanam naturam Christi, in persona eiusdem & substantiam & naturales atq; substantiales proprietates suas in omnem æternitatem retinere, sed etiam plurimum momenti habeat, ac summa consolatio Christianis in eo proposita sit, vt secundum reuelationem sacrae scripturæ agnoscamus, & indubitata fide amplectamur summam Maiestatem, ad quam natura illa humana in & per vñionem hypostaticam verè & re ipsa euicta, & cuius personaliter particeps facta est, quæ in libro Concordiæ copiosè declaratur. Ideò & ut similiter quisque videat, etiam hac in parte libri nominati non noua, peregrina, ab hominibus excogitata & inaudita dogmata & phrases in Ecclesiam Dei inuechi, sequens Catalogus testimoniorum cùm scripturæ,

rum

tum veterum purioris Ecclesiæ doctorum, præcipue verò eorum, qui quatuor Oecumenicorum Conciliorum antesignani & directores fuerunt, quomodo illi hac de re locuti sint, dilucidè ostendet.

Suntq; testimonia illa, quò faciliùs ea inuenire & rectius intelligere lector posset, in certa capita distributa, quæ sequuntur.

I.

Primum, sacras literas, perinde atque patres, loquentes de Maiestate, quam humana natura Christi per vniōnem personalem accepit, uti verbis: Communicationis, communionis, participationis, donationis, traditions, subiectionis, exaltationis, dari, &c.

Dan. 7. Ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, &c. & DEDIT ei potestam, honorem & regnum, potestas eius potestas æterna.

Iohan. 13. Sciens quia omnia DEDIT ei Pater in manus.

Matth. 11. Omnia mihi TRADITA sunt à patre meo.

Matth. 28. Data est mihi omnis POTESTAS in cœlo & in terra.

Philip. 2. DONAVIT ei nomen super omne nomen, &c.

Ephes. i. Omnia subiecta sunt pedibus eius.

Psal. 8. i. Cor. 15. Hebr. 2. Phil. 2. Propter quod Deus exaltavit ipsum.

Eusebius ἀποδειξ. βιγλ. δ. κεφ. 17.

Ἄλλὰ τὰ μὲν ἐξ αὐτῶν μεταποίησαν (οἱ λόγοι) τῷ αὐτῷ πρώτῳ, τὰ δὲ ἐν Εἴρησι τῷ πρώτῳ μὴ μεταποίησαν. οὐ τοῦ μὲν ἐν Σεβάσμῳ τῷ πρώτῳ χρησιμῶν, τῆς δὲ Εἴρησι τῷ πρώτῳ μεταποίησαν αὐτοπαραχέμενοι.

Sed illa quidem à scipso communicans (οἱ λόγοι) homini, hæc verò à mortali ipse non recipiens. Item, mortali quidem potentia diuina subministrans, à mortali verò ipse non contrà in partem aut communitatem adductus.

Τέτοιοι αὐτὸν (τὸν αὐτῷ πρωτόπονον) ἔκειται ὁ παῖς αὐτῷ ζωντος διδίδει, οὐ τοῦ οὐδέτη ποτὲ μακαρείου ποιησίας αἰξιῶν.

Hunc ipsum interim ad illius vitæ æternæ, quam penes se habet, atq; ad dignitatis in diuinitate ac beatitudine communitatem afflumens.

Athanasius in Epistola ad Epictetum referente etiam Epiphanius contra Dimeritas: οὐδὲ προδικεῖν πρότι τοιούτοις γέγονε σπάζει οἱ λόγοι, οὐδὲ ίπαν σπάζει αθανάτοις οὐδὲ ίπαν βελπιωδῆς λόγοι, περὶ οὐδὲ οὐδὲ Μαρίας, &c. μᾶλλον γαρ αὐτῷ αὐτῷ πρωτόπονοι προσήκουσιν γέγοναν οὐ τοῦ Εἰρηνῆς προσήκουσιν τοὺς οὐρανούς.

Non enim verbum caro fa-

Idem id.

rum

etum est, ut deitati aliqua accessio fieret, neque ut Verbum in meliorem statum reducatur. Magis verò ipsi Humanæ naturæ accessio magna facta est ex communione & unione Verbi ad humanam naturam.

Epiphanius hæresi 69. pag. 344. Διηλογόντες οὐ σὰρξ οὐ διάστο Μαρίας ἔσται καὶ οὐ θεὸν οὐ μετέραν οὐ γένεσιν τούτων αὐτῶν μετεμορφώσατο εἰς δέξαν, δέξαν σπικτωμένη τῆς θεότητος, τὰ πυλανά τε καὶ τελειότηταν δέξαν πλὴν ἐπισχέντων, οὐ μὴ ἐχειν οὐδὲ οὐ πρόχειρον, οὐ μὴ οὐδὲν οὐδὲν αὐτὸν αὐτοῖς. Καταλαβεῖτε τὴν οὐρανῶν θεὸν λόγον. Contra Arriomanitas.

Caro, quæ ex Maria & ex nostro genere erat, transformabatur in gloriam (in transfiguratione) insuper acquirens gloriam deitatis, honorem, perfectionem & gloriam cœlestem, quam caro ab initio non habebat, sed ibi eam in cœnitione scilicet Dei i. verbi accepit.

Cyrillus lib. 5. Dialog. Quomodo ergo vivificat caro Christi? Et respondet: Secundum unionem cum viuente Verbo, quod & suæ naturæ bona proprio corpori COMMUNIA solet facere.

Theodoreetus Ephes. 1. Quod verò assunta ex nobis natura eiusdem honoris ^{pag. 114.} cum eo, qui assumxit, SIT PARTICIPS, VENI nulla videatur adorationis differentia, sed per naturam, quæ cernitur, adoretur, quæ

non

non cernitur, diuinitas, hoc verò omne miraculum superat.

Damascenus lib. 3. περὶ ὁροθέξ. πτ. cap. 7. & 15. Καὶ ἀντὶ μὲν (ἢ δεῖα φύσις) τῶν οἰκείων ἀνθρακῶν τῇ συρκὶ μεταβίβωσι, μέγνυσαι ἀντὶ ἀπαθῆς, καὶ τὰν τῆς συρκὸς παθῶν ἀμέτοχος. pa. 194. Diuina natura proprias suas excellentias seu glorificationes carni c o m m u n i c a t seu imperit, ipsa verò in se passionum carnis manet expers.

Idem cap. 19. Η ὅ σὺρκε τῇ θεότητῃ Φλόγιον εὐεργέσιν (κοινωνεῖ) διά τε ὡς δι' ὄργανον Φωσμάτῳ τὸς δεῖας ἐκτελεῖσθαι εὐεργείας, καὶ διὰ τὸ ἔνα τὸν τὸν εὐεργάτην. Σείκως τε ἄμα καὶ αὐθωπίνως. εἰδέρας γοῦ χεῖ, ὡς ὁ ἄνθρωπος αὐτῷ νῦν καὶ τὰς φυσικὰς αὐτῷ εὐεργείας, &c. κοινωνεῖ τῶν εὐεργέσιν τῇ λόγῳ θεότητη καὶ διεπάσῃ καὶ κυβερνάσῃ τὸ πάντον καὶ γνώσκων, καὶ διεπάντελκτος φύλος αὐθωπίνως, ἀλλ' ὡς θεῷ καθ' ὑπουργοῖν τὴν αὐτοῦ τὴν ληματίσας.

Caro operanti deitati verbi c o m m u n i c a t, cūm quod diuinæ operationes per corpus tanquam per organum perficiantur, tum quod unus & idem sit, qui diuina & humana operetur. Nosse enim oportet, quod sicuti sancta eius mens etiā naturales suas operationes operatur, &c. Et simul communicat etiam deitati verbi operanti & gubernanti ipsa etiā intelligens, cognoscens & disponens totum vniuersum, non ut nuda

homi-

hominis mens sed ut Deo secundum hypo-
stasis counita, & Dei mens constituta.

II.

*Christum Maiestatem illam in tem-
pore, neq; secundum diuinitatem seu diuinā
naturam, sed secundum assumptam naturam, vel se-
cundum carnem, ut hominem vel ut filium hominis.
humanitatem, ratione corporis seu humanitatis
propter carnem, quia homo aut filius
hominis est, accepisse.*

Hebr. 1. Facta purgatione peccatorum
PER SEIPSVM, sed et ad dexteram Maiestatis
in excelsis.

Hebr. 2. Videmus IESVM propter PAS-
SIONEM mortis, gloria & honore corona-
tum, & constitutum super omnia opera ma-
nuum Dei, & omnia ei subiecta sub pedibus
eius.

Luc. 22. Ex hoc erit filius hominis sedens
ad dextris virtutis DEI.

Lucæ 1. Et dabit EI Dominus Deus se-
dem Dauid patris, & regnabit in æternum, &
regnus eius non erit finis.

Athanasius citante Theodoreto Dialog. 2.
pag. 330. οὐαὶ τοι λέγει ἡ γεωργίη, ἐπ ἔλασσον ὁ ἄρτος καὶ
ἰδοξάδη, διὰ τοῦτο αὐθωπότητα ἀντεῖ λέγει, εἰ τοῦ
διόπτητα. Quæcumque scriptura dicit Chi-

itum

stum in tempore accepisse, PROPTER HUMANITATEM dicit, non propter diuinitatem.

Iohan. 5. Dedit Filio habere vitam in se ipso, & potestatem dedit ei etiam iudicium facere, quia FILIUS HOMINIS EST.

Athanasius Oratione contra Arianos 2. & 4. Scriptura non intelligit substantiam Verbi exaltatam, sed ad HUMANITATEM eius hoc spectat, & propter CARNEM exaltari dicitur. Cum enim ipsius sit corpus, meritò ipse ut HOMO, RATIONE CORPORIS HUMANIVS exaltari & accipere memoratur, eò quod corpus illa recipiat, quæ Verbum semper possidebat, secundum suam ex Patre deitatem & perfectionem. Dicit igitur se potestatem ACCEPISSE VTHOMINEM, quam semper habet ut Deus. Dicitq; (glorifica me) qui alios glorificat, ut ostendat carnem se habere istarum rerum indigam. Ac proinde CARNE SVAE HUMANITATIS hanc glorificationem accipiente, ita loquitur, quasi ipse eam accepisset. Illud enim ubiq; animaduertendum, Nihil eorum quæ dicit se accepisse, intēpore scilicet, ita se accepisse, quasi non habuisset: habebat enim illa ut pote semper ut Deus & verbum. Nunc autem dicit, HUMANIVS se acce-

accepisse, ut CARNE EIUS IN IPSO ACCI-
PIENTE, in posterum ea ex carne illius in nos
firmiter possidenda traderentur.

Idem de suscepta humanitate contra A-
pollinarium: Cùm Petrus dicit, IESVM factum
Dominū & CHRIS TVM à D E O, non de diui-
nitate eius loquitur, sed de HUMANITATE,
verbum eius semper erat Dominus, neq; post
crucem primum factus est Dominus, sed HU-
MANITATE M eius diuinitas FECIT DOMINVM
& CHRIS TVM.

Item: Quæcunque scriptura dicit Filium
ACCEPISSE, RATIONE CORPORIS ac-
cepta intelligit, corpusq; illud esse primitias
Ecclesiæ. Primum igitur DOMINVS SVVM
CORPVS excitauit & exaltauit. Posthac au-
tem membra sui corporis. Quibus verbis
Athanasius explicauit, quod paulò post ad
vniuersam Ecclesiam etiam suo modo ac-
commodauit.

Basilius Magnus contra Eunomium lib. 4.
Quod Dominus celebratur & accepit no-
men super omne nomen. Item: Data est mi-
hi omnis potestas in cœlo & in terra. Ego vi-
lo propter Patrem, Glorifica me ea gloria,
quam ante mundum habui apud te, &c. οὐτοῦ εναπότητον γένεσις τοῦ θεοῦ τα τά τα ρεῖν δεῖ.
Hoc est: Illa intelligere oportet de INCAR-
NATIONE, & non Deitate.

Ambro-

PAG. 540.

PAG. 534.

*Tom. 2. pag.
gina 109.*

Ambrosius lib. 5. de Fide cap. 6. Didicisti quod omnia sibi ipsi subiecte possit secundum operationem utique Deitatis. Disce nunc quod SECUNDVM CARNEM omnia subiecta accipiat, sicut scriptum est, Ephes. 1. Secundum carnem igitur omnia ipsi subiecta traduntur.

Pag. 99.

Idem lib. 5. cap. 2. Non enim Deus sedis Apostolis dat confortium, CHRISTO vero SECUNDUM HUMANITATEM datur confortum diuinæ sedis.

Pag. 108.

Et cap. 6. In CHRISTO communis SECUNDVM CARNEM natura prerogativam sedis celestis meruit.

*Tom. 4. Ho-
milia 3.
pag. 1493.*

Chrysostomus Ebr. 1. Serm. 3. pag. 117. τὸ πατὴρ σύριται λέγων, καὶ ταρσοκλιμάτωσιν αὐτῷ πάρτες ἀγγελοι θεοῦ. Secundum CARNEM dicens; Et adorarent ipsum omnes Angeli Dei.

Pag. 235.

Theophylactus Ioh. 3. Καὶ παῖτα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ τοῦ κατὰ τὸ αὐθεντικόν. Pater omnia dedit in manum Filij IUSTA HUMANITATEM.

Oecumenius ex Chrysost. Ebræ. 1. ὡς γὰρ οὐδὲν ὁ Υἱὸς αἰώνιος ἔχει τὸν δρόπον, ὁ Θεός γράμματα σὺν ὁ θεός, φοῖσιν, εἰς τὸν αἰώνα τὸ αἰώνιον. Τὸ μὲν τὸν σωματὸν τὸ αἰώνιον, πάντης ὡς θεός τῆς πρώτης οἰκουμένης, ἀλλ' ἔλα-
γεν ὡς αὐθεντικός, ὅπερ, εἴχεν ὡς θεός. Et paulò
post: ὡς αὐθεντικός τοίνυν αἰώνει, καθάπερ ἐκ θεοῖων με-
τὸς θεός αἰώνιος ἔχει τὸ κράτος. Quatenus Deus
est Filius, aeternus habet thronum, thronus
tuus, inquit, Deus, in seculum seculi. Non e-
nim post crucem & passionem hoc honore

vt D.

vt DEVS dignus habitus fuit, sed accepit vt
HOMO, quod habebat vt DEVS. Et paulò
pòst: Ut homo igitur audit: Sede à dextris
meis. Ut enim DEVS, æternum habet impe-
rium.

Cyrillus lib. 9. Thesauri cap. 3. In potem.
statem dominandi vt HOMO ascendit. Tom. 2.
pag. 11.

Idem lib. 11. cap. 17. Gloriam suam, quam
semper habuit vt DEVS, vt HOMO petijt,
nec quia gloriæ propriæ vñquam expers fuit,
hæc ab eo dicuntur sedquia in gloriam, quæ
sibi semper adest vt DEO, PROPRIVM TEM-
PLVM subducere volebat.

Idem lib. 2. ad Reginas. Accepisse glori-
am, potestatem & regnum super omnia, re-
ferendum est ad conditiones HUMANITA-
TIS.

Theodoreetus in Psal. 2. Christus cùm na-
turâ Dominus sit vt DEVS, etiam vt HOMO Tom. 1.
vniuersum imperium accipit. pag. 242.

In Psal. 110. Sede à dextris meis, HUMANI- Tom. 1.
TUS hoc dictum est, vt enim DEVS, sempi- pag. 242.
terum habet imperium, sic vt homo acce-
pit, quòd vt DEVS habebat, vt homo igitur
audit: Sede à dextris meis, nam vt DEVS
sempiternum habet imperium.

Idem Ebr. 1. Christus semper accepit ab Tom. 2.
Angelis cultum & adorationem, erat enim pag. 154.
semper DEVS, iam autem adorant ipsum
etiam vt HOMINEM.

Fol. 99.

*Sacrae
monitarij.

Leo Epist. 23. tractans locum Ephes. 1. i. quid: Dicant* aduersarij veritatis, quando omnipotens Pater, vel secundum quam NATVRAM, FILIVM suum super OMNIA euexerit, vel cui substantia cu. &ta subiecerit? Deitati enim, ut creatori, semper subiecta fuerunt. Huic si addita potestas, si exaltata sublimitas, minor erat prouehente nec habebat diuitias eius naturae, cuius indigit largitate, sed talia sentientem in societatem suam Arrius rapit.

Fol. 134.

Idem Epist. 38. Licet Deitatis & humanitatis in Christo una proflus eademque Persona, exaltationem tamen & nomen super omne nomen ad eam intelligimus pertinere formam, quae ditanda erat tantæ glorificationis augmento. Non enim per incarnationem aliquid decesserat Verbo, quod ei Patris munere redderetur. FORMA autem SERVI humana est humilitas, quæ in gloriam diuinæ potestatis ERECTA est, ut nec sine homine diuina, nec sine Deo agentur humana.

Ibidem: Quicquid in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cuius quæ non habuit, conferuntur. Nam secundum potentiam verbī indifferenter omnia, quæ habet Pater, etiam Filius habet.

Vigi.

Vigilius lib. 5. contra Eutychen: Diuina natura non indiget honoribus sublimari, dignitatis profectibus augeri, potestatem cœli & terræ obedientiæ merito accipere. Secundum CARNIS NATVRAM igitur illa ADEPTVS EST, qui secundum natu-
ram VERBI horum nihil eguit aliquando, nunquid enim potestatem & dominium creaturæ suæ conditor non habebat, vt no-
uissimis temporibus munera gratia his po-
tiretur?

Nicephorus lib. 1. cap. 36. Christus à di-
scipulis in Galileæ monte conspicitur, & ibi
à Patre summam potestatem cœli & terræ
sibi, iuxta HUMANITATEM scilicet, tradi-
tam esse confirmat,

III.

Cum sacram scripturam, tūm san-
dos veteris & purioris Ecclesiae Patres de-
hoc mysterio etiam loqui per vocabula abstracta, hoc
est, per eiusmodi nomina, quæ expreſſe naturam hu-
manam in Christo designant, & ad illam in uione
personaliter respiciunt, quod videlicet natura huma-
natalem Majestatem realiter & reverè
acceperit, eaq; vtatur.

Iohan. 6. CARO MEA est cibus, & SAN-
GVIS MEVS verè est potus, Qui manducat
meam carnem & bibit meum sanguinem,
habet vitam æternam.

I. Iohan. I. S A N G V I S Iesu Christi filij
DEI, emundat nos ab omni peccato.

Ebr. 9. S A N G V I S C H R I S T I , qui per
Spiritum sanctum seipsum obtulit immacu-
latum Deo, emundat conscientiam nostram
ab operibus mortuis, ad seruendum Deo vi-
uenti.

Matth. 26. Accipite, manducate, hoc est
C O R P V S meum. Bibite ex hoc omnes, hic
est S A N G V I S M E V S noui testamenti.

Pag. 40.

Eustachius citante Theodoreto dialogo 2.
Ἐντεῦθεν τοίνυν ὅπις θέγγεται φέρει αὐτὸν ἀγία κα-
τέζεσθε, μηλῶν, ὅπις σύνθρονος ἀποδέσμειται τῷ θεο-
τάτῳ πνεύματι, διὰ τοῦ οἰκονύματος θεοῦ εὐ αὐτῷ δινε-
κώσ.

Huic igitur prædixit fore, ut federet (Christus homo) in throno sancto, significans ses-
surum eum in eodem throno cum diuinissi-
mo Spiritu, propter Deum inhabitantem in
ipso inseparabiliter.

Idem apud Gelasium: H O M O C H R I S T V S,
qui profecit sapientia, ætate & gratia, rerum
vniuersarum imperium accepit.

Idem ibidem: Christus ipso corpore ad
proprios venit Apostolos, dicens: Data est
mihi omnis potestas in cœlo & in terra, quā
potestatem accepit EXTRINSECUS T E M-
P L U M & non Deus, quitemplum illud præ-
cipua pulchritudine ædificauit.

Atha-

Athanasius de Ariana & Catholica Confessione: Deus nō est mutatus in humanam carnem vel substantiam, sed in seipso, quam assumisit, glorificabat naturam, ut humana, infirma & mortalis caro atque natura diuinam profecerit in GLORIAM, ita ut omne m̄ potestatem in cōelo & in terra habeat, quam antequam à verbo assumeretur, non habebat.

Idem de suscepta humanitate contra A-
pollinarium: Paulus Phil. 2. de T E M P L O lo-
quitur, quod est corpus suum: Non enim
qui altissimus est, sed caro exaltatur: & C A R-
N I suæ dedit nomen, quod est super omne
nomen, ut scilicet in nomine I E S V flectatur
omne genu, & omnis lingua confiteatur,
quod I E S V S C H R I S T V S sit Dominus in
gloria Patris. Et addit regulam generalem:
Quando scriptura loquitur de glorificatio-
ne Christi, de carne loquitur, quæ percepit
gloriam. Et quæcumque scriptura dicit ac-
cepisse Filium, R A T I O N E H V M A N I T A T I S
illius, non diuinitatis loquitur, ut cūm dicit
Apostolus, quod in Christo habitat omnis
plenitudo deitatis corporaliter, Plenitudi-
nem illam IN C A R N E Christi habitare in-
tellendum est.

Idem citante Theodoreto dialogo 2. Tom. 3.
Καθε οντεξιῶν με: εἰς τὸ κωνσταντῖνον σῶμα λέγει. P. g. 286.
Item: τὸ σῶμα τοινῦν ἔστι, φη λέγει· καθε οντεξιῶν

us. Corpus est, cui dicit Dominus: Sede à dextris meis:

Athanasius de Incarnatione, sicut citatur apud Cyrillum in defensione Anathematismi 8. Et in libro de recta fide ad Reginas. Si quis dicat, inadorabilem Domini nostri carnem ut hominis, & non adorandam ut DOMINI & DEI CARNEM, hunc anathematisat sancta & catholica Ecclesia.

Item: Quæcunque scriptura dicit, Filiū accepisse, RATIONE CORPORIS accepta intelligit, corpusq; illud esse primitias Ecclesie. Primum igitur Dominus suum corpus excitauit & exaltauit, posthac autem & membra sui corporis.

Hilarius lib. 9. Ut ita homo IESUS maneret in gloria DEI Pattis, si in Verbi gloriam CARO ESSET VNITA, & gloriam Verbicarō assumta teneret.

Eusebius Emissenus, in Homilia feria sexta post Pascha: Qui secundum diuinitatem semper simul cū Patre & Spiritu sancto, omnium rerum potestatem habuit, nunc etiam secundum humanitatem omnium rerum POTESTATEM accepit, ut homo ille, qui nuper passus est, cœlo & terræ dominetur; quin hic & ibi facit quicquid vult.

Gregorius Nyssenus citante Gelasio, & Theodoreto Dial. 2. Τῇ Αξιᾳ ἐνδέξασθε τὸν θεόν, δημοπρόσωπον τοῦ Θεοῦ, πάντα ταύτα

Pag. 136.
Concretum
P. W. pro Abstra-
cta. Verso 6
Paschatos
in Homilijs
5. Patrum,
pag. 297.

αὶ μὴ τὸ αὐτὸν θέωτιν, πότε ἀνθρακὴ τὸ δεῖν ὅστιν
οὐδὲ ἀλλὰ μὴν ὁ δεῖνος ὑψωθῆναι εἰς δεῖται τὸ φύσιον, τὸ
ἀνθρώπινον ἀρχὴν ὃ πάντα λέγεται, ὑψωθῆναι
ἡδίᾳ τὸ καίρον τῷ Χριστῷ γενέσθαι, ὅπου εἰς τὸν προφα-
νεῖον τηρεῖται τὸ καίρον τὸ εποίησεν ματθαῖος, παρειση-
μένον ὁ πάντα λέγεται τὸ πεπενθεῖτον τὸ μήπολον
μεταποιῶν τὸν εἰς δεξιῶν τὸν γενημάτιον. Ετ
paulò post: ὅπη ἡ δεξιά, ἡ τὸν δεῖνον ποιητικὴ τῶν ὄντων
τὸν πατέραν, ὅπη δεῖνον ποιεῖται, διὸ τὸ πατέρα ἐγένετο,
ἡ δικαιοσύνη τὸν γεγονότων ἀδελφῶν, αὐτὸν ἐναρθέκτη
τοῖς αὐτοῖς αὐτοῦ ποτε εἰς τὸ ιδίον αἴγαγλον τὸ φύσιον
τῆς ἐνότως.

Hoc est: Dexter a igitur Dei exaltatus (Act. 2.) Quis igitur exaltatus est? humilis ne
an altissimus? quid autem est humile, nisi
humanum? Quid vero aliud præter diuini-
tatem appellatione altissimi significatur? At
Deus exaltatione non indiget, cum sit altissimus.
Humanam igitur naturam exalta-
tam esse dicit Apostolus, exaltatam vero
quia Dominus & Christus factus est (homo.)
Non igitur æternam essentiam Domini ver-
bo fecit exprimit Apostolus, sed humilis na-
turæ evectionem, ad summā celsitudinem, vi-
delicet ad dexteram Dei. Et paulò post: Quia
dextera Dei, fabricatrix omnium rerum, quæ
est ille Dominus, per quæ omnia facta sunt,
& sine quo nihil eorum, quæ facta sunt, subsi-
stit, hæc ipsa unitu sibi hominem ad propri-
am extulit celsitudinem per unionem.

Apud The
morescum
Tom. 2.
p. 8. 333.

Basilius Magnus contra Eunomium lib. 2.

pag. 661. Κύειον καὶ Χεισὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν Ιησοῦν, ὃν νῦν εἰς ἑσταράστατε, τῇ δεκαπενταύῃ φωνῇ, μονογένῃ τῷ αὐτοράπτινον ἀντεῖ καὶ ὄρώμενον πᾶσι περιήλωσε περιβόλῳ. Et paulo post: ὅτε ὁ εἰπὼν κύειον ἀντὸν καὶ Χεισὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τὰς κατὰ πάντας μορχὰς καὶ δεκτοτέραν λέγει τὰ παρεῖται πατερεῖς ἐπειπτοῖσιν αὐτῷ, &c.

Petrus Actor. 2. inquit: Dominum & Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixisti, demonstrativa voce humanæ & omnibus visibili ipsius naturæ palam proponendum incumbens seu innitens. Et paulo post: Quamobrem inquiens, quod Deus Dominum & Christum ipsum fecerit, principatum & dominium super omnia à Patre ipso commissum dicit.

Pag. 327.

Epiphanius contra Ariomanitas: Τέτοιον Ιησοῦν ὃν ἑσταράστατε, οὐαὶ μὴ παραληφθῆναι αἴτια ἔτσαρι. οἰκονομία ποτὲ οὐ πατεῖται καὶ αὐτίστα λόγος, αλλὰ συνεγενέθη ἄγνω τῷ αὐτίστῳ λόγῳ, διὰ τοῦτο καὶ κύειον καὶ Χεισὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τὸ ἐκ Μαρίας αὐληφθὲν, τὸ ἐν θεότητι συνενεδέν.

Hoc est: Hunc igitur Iesum, quem crucifixisti, ut ne relinqueretur sancta in carne dispensatio, à passionis expertise & increato Verbo, sed couniaretur supernè increato Verbo, Quapropter & Dominum & Christum Deus fecit id, quod ex Maria conceptum & Deitati vnitum est.

Ambro-

Ambrosius lib. 3. cap. 12. de Spiritu san- *Tom. 2.*
 to: Angeli adorant non solum diuinitatem *pag. 157.*
 Christi, sed & SCABELLVM PEDVM eius.
 Et postea: illam terram Propheta dicit ado-
 randam, quam Dominus Iesus in carnis af-
 sumtione suscepit. Itaq; per scabellum terra
 intelligitur, PER TERRAM autem C A R O
 Christi quam hodie quoq; in mysterijs ado-
 ramus, & quam Apoffoli in Domino I E S V,
 ut supra diximus, adorârunt.

Augustinus de verbis Domini Sermone *Tom. 10.*
 § 8. Si Christus non est natura D E V S , sed *pag. 217.*
 creatura, nec colendus est, nec vt Deus ado-
 randus: Sed illi ad hæc replicabunt & dicent:
 Quid igitur est, quòd C A R N E M eius, quam
 creaturam esse non negas, simul cum D I V I-
 N I T A T E adoras, & ei non minùs quam Dei-
 tati deseruis?

Idem in Psal. 98. Adorate scabellum pe- *Tom. 8.*
 dum eius. Scabellum est terra, & Christus *pag. 1103.*
 suscepit terram de terra, quia caro de terra
 est, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia
 in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem
 manducandam nobis ad salutem dedit. Ne-
 mo autem C A R N E M illam manduçat, nisi
 priùs ADORAVERIT. Inuentum ergo est,
 quomodo adoretur tale scabellum pedum
 Domini, vt non solum non peccemus ado-
 rando, sed peccemus non adorando.

Chrysostomus ad Hebr. 2. Καὶ γένεται μέ-

ταὶ καὶ θερμασὸν, ἡ ἐπιπλήξεως γέμον τὸν ἐξημάνουσ-
ντα τῶν καθηλόδη μὲν τεσσαρενήδη ὑπὸ ἀγρέλων καὶ μέχρι-
γίλων καὶ τῶν συσφεύματος καὶ τῶν χρεβάνων, τῶτο. τοῦτο δέ
εἰς νῦν εἶγε λαβὼν, ἐξίσταμαι. **Magnum**, admirabile & stupore plenum est, CARNEM nostram
sursum sedere & adorari ab Angelis & Ar-
changelis. Hoc sæpe mente versans ecstasi-
patior, &c. Idem i. Cor. 10. Τῶτο τὸ σῶμα καὶ ὅλη
φατνὴ πειμανὸν, ἡ δέδηπον μάγοι, &c. καὶ ὁδὸν ἐσειλα-
το μαρτρὸν, καὶ ἐλάσσοντες μῆτρας καὶ τείματαλλὰ περισ-
κύνονται. i. Cor. 10. HOC CORPVS Christi in pre-
sepi iacens, Magi venerati sunt, &c. & à longè
venientes cum timore & tremore multo a-
dorauerunt. Idem apud Leonem Epist. 95.
Cognoscamus, quæ natura sit, cui Pater dixit:
Esto meæ particeps sedis, Illa natura est, cui
dictum est: Terra es, & in terram ibis.

Theophylactus ex Chrysostomo in capit
Matth. 28. επειδὴν δὲ δρωπίην φύσει οὐ πρώτην κατέκει-
ται, συνημμενη τῷ θεῷ λόγῳ φέρει τὸ πόνταστον, ἐν τῷ εὐθύ-
ντῷ θηρίῳ, οὐ πάλιν γέλων περιστανταμένη, εἰκότως φησίν. ὅπ-
ερ μόνη οὐδὲν εἶχε σοίαν ἐν τῷ φραπῷ. Καὶ γένεται διδρωπίη οὐ
πρώτην διλείπουσα, νῦν δὲ Χεισῷ αρχεῖ πάντων.

Quia HU MANA NATVRA prius conde mnata nunc verò iuncta D E O Verbo personaliter, sedet in cœlo, & ab Angelis adoratur, meritò dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Etenim humana natura prius seruiebat, nunc in Christo omnibus imperat.

Idem

Idem in 3. Cap. Iohann. καὶ πάντα δέδωσεν ἐμῷ
τῷ χρεῖ τῷ οὐρανῷ, καὶ τὸ αὐθόποτινον. Pater omnia
dedit in manum Filii iuxta HUMANITATI
T E M.

Cyrillus de incarnatione cap. II. Ver. Tom. 4.
būm in id, quod non erat, se immisit. ut & pag. 241.
HOMINIS NATURA id, quod non erat fieri,
diuinæ Maiestatis dignitatibus per adu-
nationem fulgens, quæ subleuata magis est
ultra naturam, quam deiecit infra naturam
inuertibilem Deum.

Ephesium Concilium Canone II. Si quis Cyril. Tom.
non confitetur, CARNEM Domini esse viui- 4 pag. 140.
ficari, propterea quod propria facta est Ver-
bi, quod omnia viuificat, Anathema sit.

Et Cyrus in Explicatione illius Anathe-
matismi dicit: Nestorium noluisse viuifica-
tionem tribuere CARNI Christi, sed senten-
tias Ioh. 6. exposuisse de sola Divinitate.

Theodoreus dialogo 2. καὶ τῆς ἐν διξιάν διξιάν
την καρδίας (τὸ σῶμα τὸ νεύει) καὶ πολλὴ πάντας
κυνῆται τῆς κτίσεως, ἀπὸ δὲ σώματα χειροποίησαν δε-
μότες τῆς φύσεως.

Hoc est: Illud corpus & sessione ad de-
xteram Dei dignum habitum est & ab omni
creatura adoratur, quia corpus appellatur
naturæ Domini.

Idem Psal. 8. Huiusmodi honorem a Deo,
universitatis, scilicet, imperium Humana in
Christo natura accepit.

*Ibid. pag.
140.*

Lco

Fol. 94.

Leo Epistola 11. Assumti non assumentis
prouectio est, quod Deus illam exaltauit, &
donauit illi nomē, quod est super omne no-
men, vt in nomine IESU omne genu flecta-
tur, & omnis lingua confiteatur, quod Do-
minus sit IESUS CHRISTVS in gloria DEI
Patris.

Damaſcenus lib. 3. cap. 18. ἡ θεῖα ἀπόστολος (Xen-
ſe) δέλησις αὐτοφόρος τῷ παντοργῷ λεῖ, &c. ἡ ἄν-
θρωπίνη ἀπότελε δέλησις ἀπὸ χρόνου τε ἥρξατο, καὶ ἀπὸ τῆς
φυσικῆς ἀδιάβλητη πάθη ὑπέμενε, καὶ φυσικῶς μὲν ἡ
πάντοδικάμαρι λεῖ, ὃς ἡ θεοῦ λόγος, αἰλιδῶς καὶ κατὰ
φύσιν γενομένη, καὶ παντοδικάμαρι.

Diuina Christi voluntas erat æterna & o-
mnipotens, &c. HUMANA verò eius volun-
tas à tempore cœpit, & naturales ac inno-
xias affectiones sustinuit: Et naturasiter qui-
dem non erat omnipotens, vt autem vere &
secundum naturam DEI rerbi voluntas est facta, &
omnipotens est: Hoc est, sicut commentator
explicat: Diuina voluntas suapte natura ha-
bet potentiam omnia efficiendi, quæ velit:
Humana verò Christi voluntas non sua natura ha-
bet omni efficacem virtutem, sed vt Deo verba vnitæ.

Idem cap. 19. ἡ ὁμηρεῖα περὶ λόγου ἐνερ-
γεση (κοινωνεῖ) διὰ τὸ ὅντες δι' ὀργάνων περὶ σώματος τοῦ
θείας ἐκτελεῖσθαι εὐεργείας, καὶ διὰ τὸ ἔνεργον τοῦ ἐνερ-
γετοῦ θείκως τε ἀμαρτῆσθαι αὐθρωπίνως. Εἰδένει τὸ Χρι-
στὸν ὁ ἀγιομάντευτης οὐ τὰς φυσικὰς ἀπότελε εὐεργείας εὐερ-
γείας, &c. κοινωνεῖ τῶν εὐεργεστῶν τῷ περὶ λόγῳ θεότητι καὶ

διεπύσῃ

διεπόση καὶ περιέργωτη τὸ παῖδεν νοῶν καὶ γνώσκων καὶ διεπόση
ἔχως φίλος αὐθεράπτε νύσσει, ἀλλ' ὡς θεῷ καθ' ὑπόσασιν
μημάνθη καὶ θεῶν νύσσει γενηματίσας.

Caro operanti Deitati VERBI COMMUNICAT, ideò quod diuinæ operationes per organum corporis perficiebantur: Ita SANCTA EIVS MENS etiam naturales suas operationes operatur. Communicat autem & Deitati verbi operanti ac gubernanti, IPSA ETIAM INTELLIGENS, COGNOSCENS ET DISPONENS TOTVM VNIVERSVM, non ut hominis mens, sed ut Deo secundum hypostasin counita & Dei mens constituta.

Idem libro eodem cap. 21. ἡ μὲν αὐθεράπτινη φύσις ἐσιωδῶς ἐκέπτι τῶν μελλόντων τὴν γνῶσιν. ἡ δὲ κυρίεις φυχὴ μὲν τὴν φρέσι μέντεν τὸ λόγον ἔνωσιν καὶ τὴν ἐποιητικὴν παντότητα, κατεπλάστησε μὲν τῶν λοιπῶν θεοτυμίῶν καὶ τὴν μελλόντων γνῶσιν. Et in fine capit is:

Ἔμεῖς δὲ δεσπόταις αὐτὸν φάμεν καὶ κύειον πάσους τῆς οἰκόσεως τὸν ἔνα Χειρὸν, τὸ αὐτὸν δόμον θεόν τε καὶ αὐθεράπτον καὶ πάντα εἰδέναι. ἐν αὐτῷ γὰρ εἰσὶ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως οἱ λόγοι χρυσοί.

Humana natura in Christo essentialiter non possidet seu obtinet futurorum cognitionem, sed vt DOMINI ANIMA, propter unionem ad ipsum Deum Verbum, locupletata est cum reliquis diuinis prædictionibus etiam futurorum cognitione. Et in fine capit is: Nos ergo dicimus, VNVM CHRISTVM

cun-

eundemq; si m v l D E V M & H O M I N E N o-
mnia scire in ipso enim omnes thesauri sapi-
entiae & scientiae absconditi sunt.

Nicephorus lib. 18. cap. 36. Christus a
discipulis in Galileæ monte conspicitur, &
ibi a Patre sumnam potestatem cœli & terre
I U X T A H U M A N A M N A T U R A M scilicet, tra-
ditam esse confirmat.

III.

*Scripturā & sanctos Patres Mai-
estatem illam, quam Christus in tempore ac-
cepit, non tantum de donis creatis & qualitatibus fi-
niis intellexisse, sed de ea gloria & Maiestate diuni-
tatis, quæ Dei propria est, ad quam assumta illius sa-
tura humana in persona filij Dei exaltata est,
ita ut efficaciam & operationem dini-
ns naturæ, quæ Dei propria
est, acceperit.*

Iohan. 17. Et nunc glorifica me tu Pater
apud te, priusquam mundus fieret.

Coloss. 2. In ipso habitat omnis plenitudo
Deitatis corporaliter.

Hilarius de Trinitate lib. 3. Verbum caro
factum orabat, ut id, quod de tempore
erat, gloriam eius claritatis, quæ sine tem-
pore est acciperet.

Gregorius Nyssenus, citante Gelasio &
Theodoreto dialogo 2. de dicto illo Petri

Auctor. 2.

Pag. 28.

Acto. 2 Dextera DEI exaltatus, &c. οὐτινός
σεγίδα τοῦ θεοῦ) ἐνώπιον τοῖς δύτιοις αἰθρωποις εἰς τὸ
ἴστοραν οὐρανόν· σὰ τῆς ἐρώσεως. Ιψα δεξιά
VNITVM SIBI HOMINEM in propriam ^{Tom. 2.}
suam euexit celsitudinem seu sublimitatem ^{pag. 330.}
per vniōnem.

Idem de Anima: Deus VERBUM à com-
munione illa, quæ sibi est ad C O R P U S &
ANIMAM, nunquam alteratur, neque parti-
ceps est imperfectionis illarum, sed TRA-
DENS EIS SVAE DIVINITATIS VIRTU-
TEM, manet idem, quod erat & ante vniō-
nem.

Basilius: τοῖς πλινθύσι τοῦ Χειρὸς γένησιν: πίναι ^{Pag. 231.}
τοῦ ποντοῦ εἰς οὐρανὸν θεότης; ὡς τὸ πῦρ εἰς οἰδήρῳ ψεύτη
μεταποκάστις, ἀλλὰ μεταδοπικάς. ψεύτη εἰστρέχει τὸ πῦρ
τοῦ ποντοῦ, μένον ἐν τὰ χείρει μεταδίδωσιν αὐτῷ
τῆς οἰκείας διωκμένος, ὅπερες ψεύτη εἰστελλεῖται τῇ μεταδό-
σι, καὶ ὄλος πληρεῖενται τὸ μετέγονον.

Quomodo Deitas est in carne? sic ut ignis
in ferro, non transituē, sed communicati-
uē. Non enim excurrit ignis ad ferrum, sed
manens in suo loco communicat seu im-
pertit ferro ignito propriam suam faculta-
tem. (vim seu potentiam) nec communica-
tione illa minor fit, sed seipso totum ferrum
replet, quod (illa scilicet vniōne) particeps
est ignis:

Epiphanius in Ancorato : οὐδὲν μηδέ τις ^{Fol. 504.}
οὐδὲν γένεται τῇ θεότητι, εἰς μιαν διώκμην οὐδὲν, εἰς

μίαν

uias debita curvata, eis auctor, eis Christus et duo
Christi, unde duo sunt, &c.

(Idem Deus, idem Homo) CORPVS TER-
RENVM VNAM CUM Deitate potens efficiens,
IN VNAM POTENTIAM VNIVIT, in unita-
tem reduxit, unus existens Dominus, unus
Christus, non duo, &c.

Cyrillus in Iohannem lib. 4. cap. 23. Non
imperite omnino viuificam carnem esse ne-
gatis. Nam si sola intelligatur, nihil prouersus
vivificare potest, quippe quae vivificantे in-
digeat. Cum vero incarnationis mysterium
laudabile scrutati fueritis, & vitam habitan-
tem in carne cognoveritis, quamuis NIHIL
PENitus CARO PER SEIPSAM POSSIT,
VIVIFICAM Tamen factam esse credetis.
Nam quoniam cum vivificantे Verbo con-
iuncta est, tota effecta est vivifica. Non enim
ad corruptibilem suam naturam iunctum
DEI VERBVM detraxit, sed ipsa ad melioris
virtutem eleuata est. Quamuis ergo natura
Carnis, ut Caro est, vivificare nequeat, facit
tamen hoc, quia TOTAM VERBI OPERA-
TIONEM VSCEPIT. Non enim Paulus aut
Petrus aut ceterorum, sed ipsius vita corporis,
in quo Deitatis plenitudo corporaliter ha-
bitat, facere hoc potest. Quas obres caro ce-
terorum omnium nihil prodest: CHRISTI
autem CARO, quia in ipsa unigenitus DEI
Filius habitat, sola vivificare potest.

Augu-

Augustinus contra Felicianum Arianum
cap. ii. Injuria sui corporis affectam non fa-
tor Deitatem, sicut Maiestate Deitatis glo-
rificatam nouimus carnem.

Theodoretus cap. de Antichristo; Ver-
bum homo factum non particularem grati-
am contulit assumtæ naturæ, sed totam ple-
nitudinem deitatis complacuit in ipsa habi-
tare.

Idem in Psalmum 21. Si natura assumta
cum diuinitate assumente est copulata, et
iam eiusdem gloriae & honoris particeps &
consors facta est.

Idem Ebr. 1. Ipsa humanitas post resur-
rectionem, diuinam gloriam est consecuta.

Damascenus lib. 3. cap. 7. & 15. Καὶ ἀντιμέν(ή
δεῖα δύσις) τῶν οἰκείων αὐχμάτων τῆς σωμάτου μεταδί-
δοσι, μένουσαι ἀντὴ παθός, καὶ τῶν τῆς σωμάτου παθῶν
ἀπέτοχο.

Diuina natura proprias suas excellentias
seu glorificationes carni communicat seu
impertit, ipsa verò in se passionum carnis
manet expers.

V.
*Christum, unam eandemq; Maie-
statem diuinam, aliter ut Deum, nimirum
essentialiter & ut essentiali proprietatem, aliter ut
bominem, videlicet nō essentialiter, neq; in & secun-
dūm sese, sed pro ratione & modo uisionis
personalis habere.*

*Tom. 2.
pag. 411.*

*Tom. 1,
pag. 1, 10.*

Pag. 194.

Iii

Iohan.

Iohan. 14. Ego sum vita.

Iohan. 5. Dedit ei vitam habere in seipso,
quia FILIUS HOMINIS EST.

Cyrillus lib. 12. Thesauri cap. 15. Conditio
& proprietas alia creaturæ, alia creatori in-
est, sed NATVRA NOSTRA à filio Dei af-
sumta mensuram suam excessit & in condi-
tionem assumentis eam per gratiam transla-
ta est.

Tom. 1.

pag. 134.

Idem in Iohannem lib. 2. cap. 144. Chri-
stus causam subiecit, quare vitam & po-
tatem indicij sibi à Patre data dixerit, di-
cens (quia Filius Hominis est) ut intelliga-
mus, omnia sibi data esse ut HOMINI. Uni-
genitus verò filius non vitæ particeps, sed vi-
ta naturaliter est.

Tom. 1.

pag. 181.

PAG. 201.

PAG. 204.

PAG. 210.

Idem lib. 3. cap. 37. Viuifcat CORPVS
CHRISTI, quia ipsius vitæ corpus est. virtu-
tem Verbi incarnati retinens, & plenum
potestate illius quo vniuersa sunt & viuunt.

Idem lib. 4. cap. 14. Quoniam Saluatoris
CARO coniuncta est Verbo DEI, quod na-
turaliter vita est, effecta est viuifica.

Et cap. 18. CORPVS MEV M vita repleui,
mortalem carnem assumsi, sed quia naturali-
ter vita existens habitō in ipsa, totam ad vitam
meam reformati.

Cap. 24 NATVRA CARNIS ipsa per se
viuificare nō potest, nec sola esse in Christo
intelligitur, sed habet filiū Dei sibi coniun-

ctum

etum, qui substantialiter vita est. Quando igitur viuificam Christus carnem suam appellat, non ita illi, ut sibi siue proprio spiritu, vim viuificandi attribuit. Nam per se ipsum Spiritus viuificat, ad cuius virtutem Caro per coniunctionem cōscendit. Quod modo autem id fiat, nec mente intelligere nec lingua dicere possumus, sed silentio affirma fide id suscipimus.

Idem lib. 10. cap. 13. *Caro vitæ facta vni-* Pag. 501.
geniti caro ad virtutem vitæ reducta est.

Idem lib. 11. cap. 12. *Ipsa CARO CHRI-*
STI non a se sancta fuit, sed coniunctione
Verbi ad Verbi virtutem quodammodo re-
formata, salutis arque sanctificationis causa
est participantibus: Non ergo carni, ut ca-
ro est, operationis diuinæ virtutem, sed na-
turæ Verbi attribuimus.

Lib. 6. Dialog. Glorificatur à Patre non
quia Deus, sed quoniam erat Homo, quasi
propriæ naturæ fructum non habens, po-
tentiam operandi efficaciter, diuine acce-
pit quodammodo illam, per unionem &
ineffabilem concursum, qui intelligitur
Dei esse Verbum humanitatem.

Idem de recta fide ad Theodosium: Im-
misit assumto corpori suam vitam, ipsa per
unionem dispensatione.

Ibidem: Viuificat Verbum propter ineffa-
bilem nativitatem ex Viuente Patre, Atta-

Pag. 532.

Pag. 373.

pag. 279.

men est videre, ubi tribuatur etiam propria carni diuinæ efficacia gloriæ. Item, Otiosam confitebimur terrenam carnem ad hoc, ut possit vivificare, quatenus pertinet ad propriam eius naturam.

Epiphanius contra Ariomanitas pag. 337.

ἡ γὰρ ἀντεποντος τῷ κατ' ἴδιαν τῆς θεστα, εἰδὼς περιχωρομένην τῆς θεότητος, καὶ χωρίς θεοῦ τῆς ἐνανθρωπίσεως ἔλεγεν αὐτὸν καὶ αὐτὸν, αὐτὰς συνιημένης τῆς ἐνανθρωπίσεως τῆς θεότητος, μιᾶς θεοῦ αὐτούς, καὶ ἡδη εἰς αὐτῇ τὰ τελεόπιτα δημιουργήν, οἷα δὴ εἰς θεόν συνηνωμένην καὶ εἰς μιᾶν θεότητα συγκαμμένην.

Humanitas enim illius non seorsim per se subsistit, non enim separata Deitate & seorsim existente natura humana dicebat, velut alius & alius, sed cuncta humanitate cum Deitate, una existente sanctificatione, & iam in ipsa quæ perfectissima sunt, sciente, nimis in Deo & in unam Deitatem coaptata.

Tom. 10.

pag. 217.

Augustinus de verbis Domini Sermone 58. Ego vero DOMINICAM CARNEM, immo perfectam in Christo humanitatem ideo adoro, quod à Diuinitate suscepit & Deitatis unita est, & non aliud & aliud, sed unum eundemque Deum & hominem filium Dei esse confiteor. Denique si hominem separaueris a Deo, illi nunquam credo nec seruo.

Item:

Item: Humanitatem NON NVDAM vel solam, sed diuinitati vnitam, scilicet vnum Dei filium, Deum verum & Hominem verum, si quis adorare contemserit, æternali-
ter morietur.

Augustinus de ciuitate libro 10. cap. 24.
Non ergo caro Christi PER SEIPSAM mun-
dat credentes, sed per verbum, à quo suscep-
pta est.

Ephesiaum Concilium Canone 11. Si quis non confitetur, carnem Domini esse viuificam propterea, quod propria facta est verbi, quod omnia vivificat, anathema sit.

Theophylactus Ioh. 3. καὶ τὰ δέδωκεν ὁ
πατήρ οὐκαὶ τὸ αὐθόπινον. εἰ δὲ καὶ τὸ θεῖκον,
τὸ δέδωκεν ὁ πατὴρ τὰ ταῦτα μᾶλλον, λόγῳ φύ-
σεως, ἀλλ᾽ ἐχάειτο.

Omnia dedit in manum Filij iuxta huma-
nitatem; si autem & secundum diuinitatem
intelligatur, Dedit Pater omnia Filio ratione
Naturæ, non gratiæ.

Idem Matth. 28. εἰ μὲν ὡς ἄπο τῷ Θεῷ λόγῳ
λεγόμενον ἐκλάβοις, ὅπερ ἐδόθη μοι οἱ τὰ ταῦτα ἐξουσία,
ιερὸς καὶ ἀκόντες καὶ ἐκόντες τοῦ διπλωμάτης με θεῶν,
οἱ πρῶτοι κατὰ τὴν ἀκρονότυχην τρέπον δι-
καιουντες μοι. εἰ δὲ ὡς ἄπο τῆς αὐθωπίνης φύσεως λεγό-
μενον, γε τοι, ὅπερ ἐγὼ οἱ πρῶτοι κατάκειτο φύσις,
μάλα δὲ τὰ ταῦτα τὸν τῷ Θεῷ αὐτούγχιον ἔγασιν θεῖς τοι
καλον τὰ ταῦτα ἐξουσίας κατὰ ταῦτα.

Si de diuinitate Deo verbo intelligas (Data est mihi omnis potestas.) sensus erit, & nolentes & volentes nunc me Deum agnoscunt, qui prius mihi seruiebant inuoluntariæ obedientiæ modo. Si autem de ^h u ^m A ⁿ A natura dicitur, sic intellige: Ego prius condemnata natura existens autem Deus secundum unionem ad filium Dei, absque naturarum confusione accepi potestatem omnem.

Damascenus lib. 3. cap. 17. s^r. 18 κατ' οὐσίαν ἐργάζεται ἀλλὰ διὰ τὸ ινώμενον αὐτῇ λόγον τὸ θεῖον εὑρίσκεται, Φ λόγος δι' αὐτῆς τὸν οἰκεῖον εἰδεῖν πρέπει. καὶ μὲν γὰρ ὁ πεπονικωμένος αἰδηνός, οὐ φυσικῷ λόγῳ τὸν καυστικὸν κεκτημένον εὑρίσκεται, αλλ' εἰ τὸν αὐτὸν τὸ πῦρ ενόστειος Φτονούμενος αὐτὴν τοιχεῖται ηθοντά τε τὸν δι' ἔαυτού τοῦ ζωοτόξονος διὰ τὸν πορφύραν τὸν λόγον καθ' οὐ πόσασιν ενωσίαν.

Non secundum propriam operationem, sed propter unicum sibi verbum diuina operatur (Caro Domini). Verbo per eam, propriam suam operationem manifestante. Nam & ferrum ignitum vrit, non naturaliratione possidens vstricem operationem, sed obtinens eam ex uincione ignis & ferri. Ipsa igitur CARO DOMINI mortalis erat propter seipsum, ET VIVIFICA propter hypostaticam ad verbum unionem.

Idem cap. 18. οὐ θεῖα αὐτεῖ (Χειρῶν) σύλληψις αὐτορχόεσσι τοῦ παύταργοῦ λοῦ &c. οὐ διαδρομή

αὐτῷ θέλοντι διὸ γέγονε τε ἔργοντο, καὶ αὐτὴ τὰ φυσικὰ
καὶ ἀδιάθετα πάθη ὑπέμενε, καὶ φυσικῶς μὲν ἡ πάθη
τοδύναμαι μὲν, ὡς ἐγώ δεος λόγος, ἀληθῶς καὶ κατὰ φύ-
σιν γνωμένη καὶ παραδύναμαι.

Diuina Christi voluntas erat æterna & o-
mnipotens, H V M A N A vero eius voluntas a
tempore cœpit, & naturales ac innoxias affe-
ctiones sustinuit. Et naturaliter quidem non
erat omnipotens, ut autem vere & secundum
naturam Dei verbi voluntas est facta, & omnipotens
est. Hoc est, sicut commentator explicat: Di-
uina voluntas suæ natura habet potentiam
omnia efficiendi, quæ velit: Humana ve-
ro Christi voluntas non sua natura habet o-
mniętificacem virtutem, sed ut Deo verbo v-
nita.

In libro eodem cap. 21. οὐ μὲν αὐτὸν τὸν οὐ-
σιν ὁ στιωθεὶς ὁ κέκτητο τῷ μεταλόντῳ τῷ γένοφιν, οὐ
δὲ τὸ καίσαρι φυχὴ διὰ τοῦ τοῦτον τὸ λόγον ἔνοσιν καὶ
τὸν ὑποσαπλικὸν πατότητα, κατεπλάντισε μὲν αὐτὸν λο-
πῶν δεοπμιᾶν καὶ τῷ τῷν μελλόντων γνῶσιν. Et in
fine capituli: οἱ μὲν δὲ στιωθεὶς αὐτὸν φαμίν καὶ κίε-
ντι πάσους τῆς κτίσεως τὸ ζῆντα Χεισὸν, τὸ αὐτὸν δομὸν θεοῦ
τε καὶ αὐτὸν καὶ πάντα εἰδένει. οὐ αὐτῷ γάρ εἰσὶ πάν-
τες οἱ θαυμαζοὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως οἱ ἀπό-
κρυφοι.

*Humana natura in Christo essentialiter
non possidet seu obtinet futurorum cognitio-
nem, sed ut Domini Anima, propter unionem
& ipsum D e u m Verbum, locupletata est.*

cum reliquis diuinis prædictionibus etiam futurorum cognitione. Et in fine capituli: Nos ergo dicimus, vnum Christum, eundemque simul Deum & hominem omnia scire: In ipso enim omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi sunt.

Idem lib. 2. cap. 22. ei γδ ἡ τῆς αὐγούστα μέλοντα φύσεως λέπι (ἢ Φωτίος Λυχή) ἀλλ' ὅμοιος γράμματος εἰπόσασιν ἐνωδεῖσαι τῷ θεῷ λόγῳ, παστών τῷ γαλατικῷ εἴχειν καὶ χάριτι, ἀλλὰ διὰ τὸν καθ' ὑπόσασιν ἐνωσιν. Et paulò post: ἐπὶ τῷ Φωτίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, επίδη μὲν διάφοροι αἱ φύσεις, διάφοροι δὲ αἱ δελέποντες φύσεις, ἥγεντες διαλύπηται συνάμεις.

Domini anima et si secundum se erat natura futura ignorantis, attamen secundum hypostasin unita Deo Verbo, omnium cognitionem habebat, non ex gratia (seu participatiue) sed propter hypostaticam unionem. Et paulò post: Et quia in Domino nostro Iesu Christo natura differunt, etiam naturales scientiae & voluntates Diuinitatis & Humanitatis, &c.

VI.

Deitatem nunc Maiestatem, potestiam & efficaciam suam (quæ Deitatis propria est & manet) efficaciter exerere, in, cum & per humanitatem personaliter sibi unitam, quæ Maiestatem illam inde consecuta est, quod tota plenitudo Deitatis in assumta carne & sanguine Christi habitet personaliter.

Rom.

Rom. 5. Proposuit Christum propitiatori-
um per fidem in SANGVINE eius.

Rom. 5. Iustificamur in sanguine eius.

Cofoss. 1. In ipso pacificantur omnia per
sanguinem crucis eius, &c.

Athanasius Oratione. 5. contra Arianos:
Quomodo CORPVS DOMINI non esset
adorabile; cum Verbum manum suam cor-
poralem extendens sanarit febricitantem,
voce humanam edens suscitauerit Lazarum,
manibus suis in cruce protensis, principem aëris
prostrauerit.

Idem dialogo 5. de Trinitate: οὐδὲς λόγος
ἐνώθεις ἀνθρώπῳ τελεῖ τὰ τερέστα ἢ κεχωρισμένος
τῆς αὐθεπότητος, διὰ τοῦτο, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ μετ' αὐτοῦ
ἐνδοκίνας τὴν ἑαυτὸν δεῖν διάφανην ἐνεργεῖν. Et pau-
lò post: καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν τὴν ἴδιαν ἀποτελεῖ τὸ ζῶον
ἐνδοκίνη τῇ ἑαυτῷ, καὶ τὸ ζῶον εἶναι λογικὸν ἢ οὐκώ-
λυσεν.

Deus λόγος unitus homini edit miracula
& operatur non seorsim aut separatim à na-
tura humana assumta, sed pro sua bonitate
placuit ipso, per assumptam humanitatem, in ea
cō-
iamea, propriam diuinam suam potentiam operan-
do exercere. Et paulò post: Et humanitatem
illam suam ultra & supra propriam ipsius na-
turam, pro suo beneplacito perfectam red-
didit, non tamen prohibet, quod minus sit a-
nimal rationale seu vera humana natura.

Cyrillus de recta fide ad Theodosium:

*Concretum
pro Abstra-
cto. ita p.
652.*

Anima vniōnē fortita ad Verbū delcen-
dit in infernum, Diuīna autem virtute & effu-
sia vīens dixit compeditis: Egredimini.

Idem lib. I. ad Reginas: Christus ut Deus
vīuificat per propriam carnem.

VII.

*Et hanc communicationē Maiestatis
diuinæ sine permixtione, abolitione vel abne-
gatione humanae naturæ, etiam in
gloria, fieri.*

Matth. 16. Filius hominis venturus est in
gloria patris sui.

Et Actoř. I. Sic veniet, quemadmodum vi-
distis euntem in cœlum.

Athanasius dialogo 5. de Trinitate Κατά
τὸν φύσιν τὸν ἴδειν ἀποτελεῖ τὸ ζῶον συδοκεῖ τῇ ια-
τῇ, καὶ τὸ ζῶον εἶναι λογικὸν ψηφισμένον.

Humanitatem illam suā supra & ultra pro-
priam ipsius naturam, pro suo beneplacito
perfectam reddidit, non tamen prohibet,
quò minus sit animal rationale seu vera hu-
mana natura.

Theophylactus ex Chrysostomo in caput
Matth. 18. εγὼ δὲ τοῖς κατάκειται φύσις, κατὰ τὴν
οὐρανὸν δὲ θεοῦ αὐτοῦ χριστὸν ενώπιον θεοῦ τοῦ, εἰλαβ-
τὸν εἰς σοίναν κατὰ πάντα.

Ego prius damnata natura, nūc Deus exi-
stens secundūm vniōnē ad filium Dei absq;
naturarum confusione accepi potestatem
omnium.

Cvll.

Cyrillus lib. 4. cap. 24. Totum corpus suum viuifica Spiritus virtute plenum esse ostendit, non quod naturam carnis amserit, & in spiritum mutata sit, sed quia cum Spiritu coniuncta, totam viuificandi vim hausit.

Idem de incarnatione cap. 8. In carbone tanquam in imagine licet conspicere, adunatum quidem humanitati Deum Verbum, transformasse assumtam naturam in suam gloriam & operationem, sicut ipsis ligno affixus, ita adunatus est inestimabiliter humanitati Deus conferens ei etiam naturæ suæ operationem.

Theodor Dialog. 2. Υπὸ τὸν πεποιηθέντα αὐτὸν μὲν αὐτὸν οὐκ ἀτάδες καὶ αὐτόν, οὐ τῷ δεῖᾳ θόξῃ πεποιηθέντα παρὰ τῷ ἐπαγγελίᾳ περικύλλει τοντούσιν. σῶμα δὲ ὅμως εἴσι, τὸν περιεχόντα γενετικόν.

Corpus Dominicum surrexit à mortuis incorruptibile, impossibile, immortale, diuina glorificatum gloria, & à cœlestibus adoratur potestatibus; Corpus tamen est, & habet, quam prius habuit, circumscriptionem.

Idem Dialogo 3. probat hanc Apollinarij sententiam: Si mixtio ignis cum ferro, quæ ferrum ostendit igneum, ita ut etiam ea faciat, quæ sunt ignis, non mutat naturam ferri: Neque igitur Deus cum corpore vno est mutationis corporis, licet corpori diuinæ operationes præbeat.

Damalce-

Damascenus lib. 3. cap. 17. ἡ Φιλέα σὺν τὰς δεῖς ἐνεργείας ἐπλήτισε, διὰ τὴν πρᾶξην λόγον αὐτοφρεσύτων ἐνώσιν ὑπότοι τὴν καθ' ὑπόσασιν, φέμενος τὸν κατὰ φύσιν ἴδιων ὑπόσασιν ἐκπίωσιν.

Caro Domini locupletata est diuinis operationibus, propter hypostaticam eius ad verbum vniōnem, non passa excidentiam eorum, quæ secundūm naturam ipsi propria sunt.

Idem lib. 2. cap. 22. εἰ γὰρ τῆς ἀγνοίας τὸ μέλλον τοφύσεως λιβ. ἡ Φιλέα τούχη) εἰλλά δύμας καὶ ὑπόσασιν ἐνώσεισι τῷ θεῷ λόγῳ, πάνταν τὴν γνῶσιν ἔχειν καὶ χάρειπ, ἀλλὰ διὰ τὴν καθ' ὑπόσασιν ἐνώσιν. Et paulò pōst: οἵτινες Φιλέας ἡ μὲν διάφοραι φύσεις, διάφοραι καὶ διελήσθει φύσεις, ἡγενεράτης διωμέτερις.

Diuinī anima, eisī secundūm se erat naturae ignorantis futura: attamen secundūm hypostasiā vñita Deo verbo, omnium cognitionem habuit, nō ex gratia seu participatiue, sed propter hypostaticam vñionem. Et paulò pōst: In Domino nostro IESV CHRISTO, quia naturae differunt, differunt etiam naturales scientiae & voluntates Diuinitatis & Humanitatis.

VIII.

Humanam naturam diuinæ Majestatis, quæ Dei propria est, participem & capacem si se propter vñionem & pro modo vñnis hypostaticæ.

Coloff. 2.

Coloss. 2. In ipso inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. In ipso absconditi sunt omnes thesauri sapientiae & cognitio-

nis.

Iustinus in expositione fidei pag 182. ἡ Χ^ρ
 ὅτως αὐτὸν ἐν τῷ πατρὶ λέγομεν. ὃς ἐν τοῖς λοιποῖς, εἰ
 δίᾳ τὸ τέλος ἔσται ἐν τοῖς ἄλλοις γιγνομένοις συσέλεσθαι,
 ἀλλὰ διὰ τὸ τῶν δεχομένων μέτεγνωστον τέλος εἰσό-
 δοχῆι τέλος θεῖα. Nec ita ipsum in Patre, ut in
 reliquis esse dicimus, non eo quidem. quod
 substantia in alijs existens contrahatur, sed
 propter eorum, qui illam capiunt, modu-
 lum, per imbecillitatem suam diuinam præ-
 sentiam non admittentium. Item: ἢ γέ
 χεὶ σῶμα ἐν πύρι ἀκτῖνας δάκτυλος. Nam corpus
 pollutum radios diuinitatis non capit. Et
 paulo post: Ὅτῳ μοι νόος τῆς δικαιοσύνης ἥλιον
 πάσι μὲν ἐπίστοις κατ' ἑστίαν, ἀτε μὲν Θεὸν ὄντα, παρ-
 ἔντα, ἕμας δὲ πάντας οἷον ἀθεοῖς καὶ λημῶντας τῷ ἐν-
 πώ τῶν σφι μαρτύρῳ τὸς ὄφεων μὴ τέλος εἰσόδοχος οὐ φω-
 τὸς ἀτονήτας, οὐ δικεῖον ναὸν. ὄφεων μοναδικότε-
 τον καὶ λημῶντας οὐ φωτὸς ὅλε τέλος αἰγάλεως, ἀτε πλα-
 δεύτα μὲν ἐν πυκνῷ ἀγνώστῳ, ἀμαρτίας δὲ καθάπερ
 κακοεμένον. Eodem modo mihi considera
 iustitiae solem, vniuersis quidē ex aequo sub-
 stantia, ut qui Deus sit, præsentem esse, nos
 verò omnes ut pote infirmos & peccatorum
 cordibus lippientes oculis nostris, propter
 languorem, lucis præsentiam sustinere non
 posse, proprium verò illius templum, oculū

puris

purissimum & splendoris vniuersæ lucis capacem esse, utpote à Spiritu sancto formatum. & à peccato ex parte segregatum.

Origenes de principijs lib. 2. cap. 6. Anima Christi tota, totum $\lambda\omega\sigma\tau$ recipit, atq; in eius lucem splendoremq; cedit.

Et lib. 4. Anima Christi cum Verbo Dei coniuncta, filij D. E. i plenè capax fuit.

Augustinus Epist. 57. De v. s. licet omnibus creaturis totus sit præsens, ac præcipue in credentibus habitet, non tamen ex toto illum capiunt. Sed pro suæ capacitatis diuinitate alij amplius, alij minus ipsum habent, & capiunt. De capite vero nostro Christo, Apostolus ait: In ipso inhabitat tota plenitudo Deitatis corporaliter.

IX.

Etsi in confessio est, negari potest, Diuinitatem unam cum sua Maiestate diuina nequaquam carnis circumscriptione tanquam vase aliquo contineri, quemadmodum Athanasius, Origenes, Nyssenus & alij recte scripserunt, & in libro Concordia tanquam erroneum rejecitur dogma, de humanitate Christi in omnibus locis expansa siue de humana natura in Christo per unionem personalem in infinitam essentiam conuersa: Quia tamen diuina & humana natura personaliter & indissolubiliter in Christo unitæ sunt: ideo cum sacra scriptura, tum sancti patres testantur, ubique Christus est, ibi non dimidiatum, aut dimidiatum illius personam, aut

partem

partem tantum personæ illius, ut diuinitatem solam,
seorsim & nude, circa & extra assumtam & perso-
naliter sibi unitam humanitatem, vel ab ea separa-
tam & extra personalem cum humanitate vni-
onem, sed totam illius personam, nempe ut Deum &
hominem pro modo personalis cum humanitate vni-
onem, quæ imperfcrtabile mysterium est, ubiq.
præsentem, ea ratione & modō, qui
soli Deo notus est.

Ephes. 4. Ascendit super omnes cœlos, ut
impleret omnia. Quod Oecumenius ita in-
terpretatur: καὶ γὰρ οὐκ ἐν μητῷ τῆς θεότητος πάλαι τὰ
ταῦτα επλήρωσε. καὶ σφραγίδεις, ἡραὶ τὰ παύτα μετὰ σφρα-
γίδων πληρώσαντας τὸν κατέβηντα αἰώνα. Etenim nuda quo-
que diuinitate olim omnia implebat. Et in-
carnatus, ut omnia cum carne impleret, descendit
& ascendit.

Et Theophylactus ibidem: Ut omnia im-
plete dominatione operationeq;, idq; in
carne, quandoquidem diuinitate iam antea
cuncta completet. Hæc autem aduersus Pau-
lum Samosatenum & Nestorium sunt.

Leo Epistola 10. Catholica Ecclesia hac si-
de vivit ac proficit, ut in Christo Iesu, nec si-
ne vera diuinitate humanitas, nec sine vera
credatur humanitate diuinitas.

Idem sermone 3. de passione: Hoc Catho-
lica fides tradit, hoc exigit, ut in Redemptore
nostro duas nouerimus conuenisse naturas.
& manentibus proprietatibus suis, tantā fa-

ctam

Etiam ueritatem vtriusque substantiæ , ut ab illo tempore , quo in beatæ virginis vtero , Verbum caro factum est , nec Deum illum sine hoc , quod est homo , nec hominem sine hoc liceat cogitare , quod est Devs.

Ibidem : Exprimit quidem sub distinctis operationibus veritatem suam vtraque natura , sed neutra se ab alterius connexione disiungit , nihil ibi ab inuicem vacat , sed suscepit totum hominem Devs , & ita se illi atque illum sibi conseruit , vt vtraque alteri naturæ inesset , & neutra in alteram à sua proprietate transiret.

X.

*Cum autem huius articuli doctrina
eò , vt , ubi tota persona Mediatoris & Dei & hominis
quæri debeat & apprehendi posset , sciatur , præcipue
directa sit , ideo liber Concordia , perinde atque omnes
alij S. Patres , nos non ad ligna aut lapides aut
aliud quid , sed eò , quò nos Christus
in & cum Verbo suo , remit-
tit & deducit .*

Cyrillus lib. 12. in Iohannem cap. 32. In quatuor partes vestimenta Christi diuisa sunt , & tunica sola indiuisa mansit , quod mysticæ cuiusdam rei signum esse dixerim . Nam quatuor orbis partes ad salutem reductæ , induimentum Verbi , id est , carnem eius imparabiliter inter se partitæ sunt . In singulis enim

par

partibiliter transiens vnigenitus & animam
& corpus eorum per carnem suam sanctificans
impartibiliter atq; integrè in omnibus
est, cùm unus vbiq; sit nullo modo diui-
sus.

Theophylactus in caput 19. Iohannis:

Tò τοινυ ἄγιον σῶμα Ξ χεισῦ ἀμέρισον ἐστι τοῖς
πεσαροῖς Ξ λόγῳ μέρεστ μετειδύμενον, καὶ μαδιδύμενον,
κατακερματίζουσιν οὐτὸν εἰς τοῖς καθ' εκαὶ γὰρ τὴν ἐκάστη
τυχίων ἄγιά των μη Ξ σώματος, ομογένοις διὰ τῆς ιδίας
ουρανοῦ ὀλοκλήρωσι καὶ μερίσαις ἐν ὅλοις θεῖν, ὥστα μέχεν
πανταχοῦ, ὑδαμάτις οὐδὲ μεμέρισαι, κατὰ καὶ ὁ Παῦλος
βοῶ.

Igitur sanctum Christi corpus INDIVISI-
BILE EST, & diuiditur & communicatur
in quatuor partes orbis, distributis enim
singulis & viuis cuiusq; animam sanctificans
cum corpore, PER CARNEM SVAM, unige-
nitus & integer & indiuisus in omnibus est,
EXISTENS VBIQ; E, nunquam enim diui-
sus est, sicut & Paulus clamat.

Chrysostomus Homil. 17. ad Ebr. pag.
16. (& Ambrosius 10. cap. ad Hebreos)
ἐπειδὴ πολλαχοῦ περισφέρεται, πολλοὶ Χεισοὶ; μηδα-
μᾶς. ἀλλ' εἴς πανταχοῦ ὁ Χεισὸς καὶ ἐνταῦθα πλήρης
ων καὶ ἐκεῖ πλήρης, ἐν σῶμα. ὥστε δὲ πολλαχοῦ περι-
σφερόμενον ἐν σῶμα τοῖς, καὶ τολλὰ σώματα, ὥστα καὶ
μικροστα. ὁ ἀρχιερεὺς ἡμῶν ἐκεῖνός θεῖν, ὁ τὰς Συ-
σίαν τὰς καταπέρσαν ἡμᾶς περιστέγυκων. ἐκεῖνοι
περισφέρουσιν τοῦ, τὰς τότε περιστέγυκων, τὰς

αὐτῶν: Εἰ τοῖς αὐτοῖς μηνοῖς γίνεται καὶ τότε φεομέναις. Εἰ τὸ ποιεῖτε, φησίν, εἰς ἑμῖν αὐτοῖς μηνοῖς. οὐδὲν δυσίαν, κατάπτερον ὁ ἀρχιερεὺς, αὐτὰ τοῦ ἀντικείμενον. μᾶλλον ὃ ἀραμένοις ἐργάζεται δυσίας.

Nunquid, quia in multis locis offertur, ille multi Christi sunt? Nequaquam, sed unus ubique est Christus & hic plenus existens & illic plenus unum corpus. Quemadmodum enim, qui in multis locis offertur, unum corpus est & non multa corpora: ita etiam & unum sacrificium. Pontifex autem noster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit, ipsam offerimus & nunc, quae tunc oblata quidem, consumi non potest. Hoc in memoriam eius fit, quod tunc factum est. Hoc enim facite, inquit, in mei recordationem. Non igitur aliud sacrificium quemadmodum summus sacerdos, sed idem semper facimus. Magis autem recordationem sacrificij operamur.

EPILOGVS.

HÆc testimonia priscae Ecclesiæ doctorum, lector Christianæ religionis amas, non eo consilio buc apposita sunt, quod fides nostra auctoritate hominum velut fundamento nitatur, (cum vera & saluificam fidem

nullam

Notæ con-
tra Ponti-
ficiūm sa-
crificiūm
propria-
tōrum
Missæ.